



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



*Q. D. O. M. B. E. F.*

DISSERTATIO JURIDICA  
INAUGURALIS <sup>34.</sup>  
Exhibens

*SEMICENTURIAM THESIUM*  
**EX JURE**  
**NATURALI, PU-**  
**BLICO, CIVILI, CANO-**  
**NICO ET FEUDALI,**

*Quam*

*DEO PRAESENTE,*

*Ita volente*

**MAGNIFICO JURISCONSULTORUM**  
Almæ Argentoratensis Universitatis  
Ordine

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia Do-  
ctoralia rite consequendi

Solenni Eruditorum Examini submittit

**JOHANNES MARTINUS WINCKLER,**  
Hamburgensis

*A. Diem xxix. Septembris A. M DCC XIX.  
Hor. loc. consuet.*

**ARGENTORATI, TYPIS JOH. HENRICI HEITZ.**





# PRÆFATIO.

**C**um tandem per quadriennii, quod hic dego, spatium, consuetum Juris cursum absolverim; Dissertatione quadam Inaugurali finem operi impo-nendum esse existimavi. Co-gitabam equidem de speciali quodam argumento prolixius

A 2 tra-

tractare: & cum illud de *αὐτοῖς*  
*χειροτονίοις* sive eis, qui sibi ipsis  
 votum dant, tam ob suum  
 in omne Jus, Naturale, Civile,  
 Canonicum & Publicum in-  
 fluxum, quam etiam ob illustria  
 ex antiqua recentiorique pari-  
 ter Historia Imperatorum &  
 Pontificum exempla maxim-  
 opere se mihi commendaret,  
 præ ceteris hoc elegeram. Sed  
 adversa, qua usus sum, valetudo,  
 & oculorum præsertim, quo  
 per integros sex & quod excur-  
 rit menses laboravi, morbus  
 facile effecit, ut ab hoc, quod  
 fovi

fovi, proposito discedere cogerer, atque Theses, quas hic listo, ex omni Jure excerptas publicæ exponendas esse luci arbitrarer. Confirmatus sum hac in re plurium Doctorum sententia, qui hoc scribendi genus ad Candidati profectus examinandos aptissimum jam pridem existimavere & adhuc existimant. Non possum quidem non confiteri, laudabilius videri, integrum aliquam materiam peculiari Dissertatione exaurire, suosque adeo in accuriori legum scientia profectus demon-

A 3 stra-

strare, sed nec hoc tamen etiam  
asserere dubito, illum, qui The-  
ses ex omni Jure propugnandas  
suscepit, si non plura, certe ea-  
dem præstare, cum quanto plus  
operis illi in conscribendo, tan-  
to plus laboris huic in defenden-  
do incumbat. Te igitur B. L.  
has Theses æqua accepturum  
mente spero. Si me in qui-  
busdam errasse, aut sententiam  
tibi minus probatam fovere pu-  
tes, me ad illa sane aut corrigen-  
da aut emendanda promptissi-  
mum semper paratisimumque  
fore polliceor.

Ex



J. N. J.

Ex

## Jure Naturæ.

Thesis I.

**J**us Naturæ, proprie & in se consideratum ; nec a DEO ipso mutari potest : quanquam DEus illud , Exod. XI. v. I. præcepto ; quod Israelitis dedit, ut ab Ægyptiis vasa argentea mutuarent & secum auferrent, mutasse videtur.

Thes. II.

Socialitatem Juris Naturæ Principi-  
um esse, cum Grotio affirmo.

Thes.

## Theſ. III.

Quæritur: an detur Jus Gentium contradistinctum Juri Naturæ? Grotius aliique id affirmant, Puffendorffius negat, ego affirmativam amplector.

## Theſ. IV.

Quæritur: An virgo illum, qui eam violare tentat, occidere possit? Plures affirmativæ favent ſententiæ, ego pro negativa facio.

## Theſ. V.

Alimentationem Liberiſ a Parentibus datam, & præsumtum Liberorum conſenſum cauſam Imperii Paterni eſſe, cum Puffendorffio statuo.

## Theſ. VI.

Mero Jure naturæ nemo ex facto alieno tenetur: niſi ſi, qui bonorum ſucceſſor eſt.

## Theſ.

Theſ. VII.

Si Rex Imperio ſeſe abdicaverit,  
aut habeat pro derelicto, in eum poſtea  
omnia licent, quæ in privatum.

Theſ. VIII.

Solus metus crescentis potentia in  
Principe vicino nullum alteri dat jus  
ad bellum ei inferendum.

Theſ. IX.

Quamquam Grotius Inramenta per  
res alias aut personas, quam per Deum li-  
cita eſſe afferat: ſententiam tamen oppo-  
ſitam veriorem non ſolum, ſed & Religio-  
ni Christianæ convenientiorem eſſe, puto.

Theſ. X.

Obligatio humandi mortuos, potius  
ex Jure Naturæ, quam ex Jure Gentium  
descendit.

B

Ex

Ex  
Jure Publico.

Thef. I.

Principes Imperii confectione Testa-  
mentorum ad solennitates, Jure Civili  
requisitas, observandas non obligantur.

Thef. II. .

Vicarii S. R. I. quanquam de feudis  
Imperii investire & juramenta fidelita-  
tis vice & nomine S. R. I. recipere pos-  
sit: de feudis Principum tamen & illis  
quæ vulgo Fahn-Lehen vocantur, nul-  
lum investiendi Jus habent.

Thef. III.

Vicarii S. R. J. præter Jura in A. B.  
Cap. V. nominata, & jure nobilitandi,  
Comites Palatinos creandi, spurios legi-  
timan-

timandi, moratoria concedendi, famæ  
restituendi, privilegia concedendi, par-  
tim ex particulari privilegio concessso,  
partim ex observantia, gaudent.

Thef. IV.

Quæ de Quaternionibus vulgo di-  
cuntur, meritis subnixa sunt commentis:  
& per incuriam quandam in Recessus  
Imperii irrepserunt.

Thef. V.

Ad vacancem Electoratum confe-  
rendum Collegii Electoralis consensus  
absolute requiritur.

Thef. VI.

Quæritur: An Imperator Legatum  
sine prævio consensu Ordinum ex Ger-  
mania proscribere possit? Distinguendū  
hic esse puto inter Legatum illius,

B 2      con-

contra quem Decreto comitali bellum declaratum: & inter Legatum illius, contra quem hoc non factum; Priori casu affirmo: Posteriori nego.

Theſ. VII.

Ad Quæſtionem: an Regem Romanorum eligi ſit de tempore? non ſolum requiritur Electorum consensus, ſed & concurrere debet ceterorum Imperii Statuum suffragium.

Theſ. VIII.

Status Imperii in suis territoriis poſſunt derogare Juri Communi: imo ſub certa conditione iſpis Legibus publicis in Comitiis latis.

Theſ. IX.

Legatos primi Ordinis, s. Ambassadors mittere, non ſolum eſt Electorum ſed

sed & Principum Imperii : ex quo  
fluit , quod injustitia fiat Legatis  
Principum , dum Electorum Legati  
ipsis denegent titulum Excellentiarum.

## Thes. X.

Jus Res Imperii alienandi , oppigno-  
randi , vel in feudum concedendi ante  
Caroli V. tempora , in Imperatorum  
fuisse arbitrio , contra Strauchium  
nego.

Ex

## Jure Civili.

## Thes. I.

Qui se simpliciter obligavit , eodem  
modo tenetur , ac is , qui se in omnem  
causam obligavit.

## Thes. II.

Judex , si judicare vult , secundum

B 3

acta

acta & probata judicare tenetur, non secundum conscientiam : etiamsi ex prætextu conscientiæ aliam sententiam ferre possit.

### Thef. III.

Quæritur : An Inventarium intra tres menses quidem finitum, sed post triginta dies cœptum, eum habeat effectum, ut hæres non obligetur ad magis præstandum, quam ad id, quod in hæreditate continetur. Mihi affirmativa placet.

### Thef. IV.

Liberatio si est relicta duobus reis debendi, quorum unus est solvendo, alter non, uterque capit liberationem.

### Thef. V.

Male a Lauterbachio statuitur: quod pa-

pactum, quo Venditor tributa in se recepit, etiam ratione contrahentium non subsistat.

Thes. VI.

Hæredem, qui de voluntate enixa testatoris certus est, legatum in testamento imperfecto relictum, præstare debere, neque solutum repetere posse, contra communem Doctorum sententiam statuo.

Thes. VII.

Res secundi conductoris, in prædium urbanum illatæ, Domino ædium sunt pignori.

Thes. VIII.

Quæstio est: an uxor, secunda vice nubens, dotem illam, quam primo marito constituit, secundo etiam constituisse

stituisse credatur? Plures DD. affirmativam amplectuntur, ego negativæ inhæreo.

### Theſ. IX.

Quæſtio eſt: an frater exhæredatus teneatur probare cauſam exhæredationis fuſſe nullam? Struyius ab affirmativa ſtat ſententia, Ego autiem negantium partes ſequor.

### Theſ. X.

Legitima Liberiſ. & Parentibus ho-  
die eſt relinquenda titulo Institutionis.

## Ex Jure Canonico.

### Theſ. I.

Cauſæ viduarum & personarum mi-  
ferabilium, quoad poffessorium, poſſunt  
ad Judicem Ecclesiasticum deferri.

### Theſ.

Prohibitio matrimonii ob cognationem spiritualem in Sacris Literis non fundata est.

Thef. III.

Lutherani nomen hæreticorum non merentur.

Thef. XII.

Donationem Constantini, quam plures asserunt, omnino fictitiam, & si unquam facta fuisset, irritam ac prorsus invalidam fuisse statuo.

Thef. V.

Pacta nuda obligationem efficacem non producunt.

Thef. VI.

Secundis nuptiis benedictio Ecclesiastica non est deneganda: æque enim ut primæ sunt licitæ.

C

Thef.

## Thes. VII.

Ecclesia contra Ecclesiam non præscribit, nisi quadraginta annorum spatio.

## Thes. VIII.

Ecclesia, quæ aut per alienationem, aut per contractum, aut quocunque alio modo graviter læsa est, in integrum restitui potest.

## Thes. IX.

Omnis Ecclesia Prælato illi, qui eam visitat, procurationem dare tenetur: nisi privilegio speciali exenta sit, neque ulla præscriptione tolli potest.

## Thes. X.

Quamquam usuræ in Jure Canonico rejiciuntur: in effectu tamen ab annuis redditibus non differunt.

Ex  
Jure Feudali.

## Thes. I.

Jus Principum, vulgo Das Fürsten-Recht

Recht, neque hodie in causis feudalibus  
extinctum esse statuo.

Thef. II.

Investitura de feudo, etiam nondum  
aperto, valet.

Thef. III.

Fœmina non succedit in feudo franco.

Thef. IV.

Vassallus , qui Dominum Feudi in  
bello defensivo & offensivo justo non  
adjuvatur, merito feloniz accusatur.

Thef. V.

Feudum novum ut feudum anti-  
quum concedi potest: ita ut omnem  
feudi antiqui, quod tamen novum est,  
induat naturam.

Thef. VI.

Jus Feudale etiam in controversia  
C 2 non

non feudali locum habere potest: modo  
non contra Jus Civile allegetur.

Thef. VII.

Si quid feudo additum est a Vasallō,  
id, si per se subsistere potest, feudo non  
accrescit: si autem per se subsistere non  
potest, feudo accedit.

Thef. VIII.

Vasallus alium de feudo subinfeu-  
dare potest.

Thef. IX.

Vasallus feudo non privatur, si cum  
vidua Domini concubuerit.

Thef. X.

Pupillus per Substitutum Domino  
feudali servire tenetur.

F I N I S.

